

ne, vescione in rheda super strata viarum, frictione multa, calida, sicca, pannis fumo aromatum perfusis, instituta maxime ad abdomen & spinam. Cantharidum iterata quandoque applicatione, vomitoriiis lenibus aliquoties cum prudentia repetitis. Purgantibus deinde roborantibus per aliquot dies successivos adhibitis. Denique usu diu continuato medicamentorum roborantium exsiccantium, antiscorbuticorum, & spiritus excitantium. An & immersio in frigidam prodest? an linimenta? & quae?

### RHEUMATISMUS.

1490. **A**rthritidi, podagrae, scorbutaque, agnatus morbus frequentissimus deprehenditur, qui Rheumatismus appellatur.

1491. Quem antecedunt temperies sanguinolenta labe acri infecta, aetas mascula, victus laetior, calefacto corpori subito admissum frigus, autumnalis tempestas, perspiratio prohibita, diathesis inflammatoria lentior cruento pleuritico se manifestans. Cum febre continua incipiens, dolorem creat atrocissimum, dilacerantem, ad minimum motum saevissime auctum, diu

diu in uno loco fixum, juncturas quo-  
rumcunque artuum obincidentem, caeterum  
genibus magis infestum, lumbis & co-  
xendici, quandoque cerebrum, pulmones,  
viscera, excruciantem, cum tumore &  
rubidine loci, periodico itu & reditu.

1492. Si durat, & augetur, saepe post  
atrocissima tormenta articulum motu pri-  
vat, anchylosin creat, vix ulli cedentem  
remedio.

1493. Causa proxima ejus videtur in-  
flammatio in arteriis lymphaticis membra-  
narum, quae ad ligamenta juncturarum,  
non tam sacra ut in suppurationem eat.  
Curatur missione sanguinis; purgatione  
antiphlogistica repetita & semper vesperi  
per narcoticum sedata, balneo leni, tepi-  
do, fomentis antiphlogisticis loco affecto  
applicatis. Vesicatoriis validioribus, &  
cauteriis. Medicamentis summopere di-  
lueribus atque emollientibus simul. Vi-  
cta tenuissimo. Quietè. Tepore lecti, &  
ad finem curationis frictione sicca, calida,  
una cum usu antiscorbuticorum.

1494. Si lumborum sedem occupans  
lumbago rheumatica, si coxam ischiadicus  
vel coxarius dolor audiens, eadem metho-  
do, licet paulo difficilius curatur.

Aphor.

A 2

1495.

1495. Hinc appareat morbi hujus frequentia, varia admodum facies, sumnum periculum si cerebro vel pulmoni incubuerit, maxima difficultas eum hic detegendi, discrimen in quod praecipitat calidiorum usus, vel prematura nascitorum exhibitio.

**F I N I S.**



**INDEX**